Tentamen medicum inaugurale de stricturis in intestino recto ... / eruditorum examini subjicit Jacobus Lee Brodbelt.

Contributors

Brodbelt, James Lee. Woodforde, James Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Edinburgi: Excudebat P. Neill, 1824.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/hh56v9eq

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org





(6) 1/6

TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE

DE

STRICTURIS IN INTESTINO RECTO;

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS:

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JACOBUS LEE BRODBELT,

Cr Insula Jamaica,

SOCIET. REG. MED. EDIN. SOCIUS.

IV. NON. AUGUSTI, HORA LOCOQUE SOLITIS.

Edidi quæ potui, non ut volui, sed ut me temporis angustiæ coegerunt. — CICERO.

EDINBURGI:

EXCUDEBAT P. NEILL.

MDCCCXXIV.

SAMUELL BEALEY, ARMIGERO,

CHIRURGO PERITISSIMO.

NON MINUS INSIGNI PROPTER SCIENTIAM

IN REBUS SACRIS,

QUAM

MORUM HUMANITATEM;

HOCCE OPUSCULUM QUALECUNQUE SIT,

PERTENUE SINCERA AMICITIA TESTIMONIUM.

INSCRIBIT

JACOBUS LEE BRODBELT.

DISCIPULUS

EDINBURGI:

MERCECKER

SAMUELI BEALEY, ARMIGERO,

CHIRURGO PERITISSIMO,

NON MINUS INSIGNI PROPTER SCIENTIAM

IN REBUS SACRIS,

QUAM

MORUM HUMANITATEM;

HOCCE OPUSCULUM QUALECUNQUE SIT,

PERTENUE SINCERÆ AMICITIÆ TESTIMONIUM,

INSCRIBIT

JACOBUS LEE BRODBELT,
DISCIPULUS.

TENTAMEN MEDICUM

INACCURALS.

Quid grandia molimur tenues et miseri mortales! qui tot lethalibus morbis sumus obnoxii, ut nemo facile illos recensere posset. Nullibi tamen homines magis affligunt quam circa vias excretioni inservientes; ubi, si altiores egerint radices, difficillime possunt eradicari. Quotidie ad vitam sustentandam nobis edendum, bibendum, et quod superfluum est, evacuandum. Si vero viæ, hisce operibus destinatæ male sint affectæ, mors vitæ sæpius anteponitur ab afflictis.

Ruysch. Obs. 95. p. 121.

De plurimis mentel quibus genus humanum obnosium est, Stricture, in Intestina Recto (quod, ut Dr A. Monro Tertius jure notavit, potius au Curvi nomen faireture, inter cos recenseri possunt, qui dira infandaque mala secum afferunt: huius morbi quidem cruciatus usque adec miseros huius morbi quidem cruciatus usque adec miseros

James Wood for de Engre

TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE,

DE

STRICTURIS IN INTESTINO RECTO.

morbis sumus obnoxii, ut nemo facile illos recensere posset. Nullibi tamen homines magis affigunt quam circa vias excretioni inservientes ubit, si altiores certiut radices, difficillime possunt eradicari. TLIERGORR EEL OBOOAL STODUA.

Quotidie ad vitam sustentandam nobis edendum, bibendam, et quod superfluum est, evacuandum. Si vero via, bisce operibus destinate male sint affecta, mora vita seplus anteponitur ab affictis.

MUIMEDORP Revece Obs. 98. p. 121.

EX plurimis morbis, quibus genus humanum obnoxium est, Stricturæ in Intestino Recto (quod, ut Dr A. Monro Tertius jure notavit, potius * Curvi nomen meretur), inter eos recenseri possunt, qui dira infandaque mala secum afferunt: hujus morbi quidem cruciatus usque adeo miseros affligunt, ut verbis exprimi nullo modo queant.

^{*} Outlines of Anatomy, ad tom. ij. p. 140.

De Intestini Recti Situ.—Intestinum Rectume ad ultimam lumborum vertebram incipit, ad anteriorem Ossis Sacri et Ossis Coccygis descendit, et paulo infra extremam Ossis Coccygis partem in Anum desinit. Intestinum Rectum in ejus cursu Ossium directionem sequitur, per quæ tendit primo deorsum, dein paulo retrorsum, tum antrorsum sese vertit, atque per meso-rectum his ossibus annexum est.

fenillets du meso-rectum, sous-le nom d'hemor

De Intestini Recti Tunicis.—Hæc intestinorum pars tunicâ ex peritonæo instructa est, quæ, quum ejus latera atque anteriorem partem contexisset, in posteriorem atque inferiorem vesicæ partem in maribus, et, in fœminis, in superiorem vaginæ posterioris superficiei partem, reflexum est. Idem intestinum fibris musculosis præditum est quæ longitudinales sunt atque circulares, validiores crassioresque quam in cæteris intestinorum partibus. Intus tunicâ obductum est quæ villosa nominatur, et musculosis fibris per telam cellulosam commissa est. Tunica, quæ cellulosa est, et interna, tanto ampliores hic loci sunt quam in superioribus intestinis, ut in plieas transversas ca-

dant, quæ tamen evanescunt pro eo ut intestinum rectum distendatur.

De Intestini Recti Vasis Sanguiferis.—BiCHAT, in suo opere cui nomen est "Anatomie
Descriptive," hæc scripsit: "Aucun intestin ne
regoit autant de vaisseaux que le Rectum, proportionellement à son volume. Trois sources les
lui fournissent. La première est l'artere mesenterique inferieure, terminée dans l'intervalle des
feuillets du meso-rectum, sous le nom d'hemorrhoidale superieure. La seconde est l'artere hemorrhoidale moyenne propre au rectum, et naissant isolement du tronc hypogastrique. La troisième est l'artere honteuse interne, dont la
branche inferieure ou perineale fournit au sphineter plusieurs rameaux, nommés hemorrhoidaux inferieurs."

De Intestini Recti Nervis.—Nervi qui ad hoc intestinum adeunt, a pare octavo et sympathetico magno exiguntur, et nonnulli ramuli etiam a nervis sacralibus ad idem perveniunt.

que longitudinales sunt atque eirculares, validio-

perioribus intestinis, ut in plicas transversas ca-

Absorbentia hujus intestini prorsus lymphatici ge-ud neris sunt *; attamen eadem valent nutrimentum in corpus transmittere: enemata enim ex alimentis confecta, ut experientia docet, vitam per breve spatium sustinerint, cum nihil ore jam accipi queat.

De Intestini Recti Munere.—Hæc Intestini pars stercora excipit, quæ justum tempus retinet, donec eorum pondus atque acrimonia illud ita excitant, ut, adjuvantibus ani levatore musculisque abdominis, fæces dejiciantur.

I. Ea alimenti pars quæ solida est (nisi integra devoretur), primo in ore faucibusque conficitur et saliva commiscetur, dein hoc modo præparata ad ventriculum pervenit: cujus actione, atque succi gastrici potestate, in massam ubique parem, cui nomen impositum est Chymus, convertitur. Hæc massa jam pulpæ similis facta in duodenum descendit; ubi in humorem fere lac reference.

^{* &}quot;They are furnished very scantily with Absorbents."—Pemberton's Treatise, &c. p. 85.

rentem (Chylum vocant) aliis viribus mutatur; is humor absorbetur, sive avide exhauritur per millia millibus adjecta vasculorum quæ tenuissimis ostiis alia cum aliis inosculant, et tandem in commuuem canalem (Ductum nempe Thoracicum) desinunt; qui rivulos sic in unum collectos ab intestinis usque ad genus sanguiferum convehit, ut actioni cordis pulmonisque materia nutriens tandem subigatur. Inutilis materia quæ in intestinis relinquitur, fibrarum eorum musculosarum actione deorsum propellitur, ut e corpore ejiciatur. Ex quo plane patet, siquando intestinum rectum contrahatur, stercora plus minusve in intestinis retentum iri, et post aliquod tempus, non posse non mala creare quæ plurimum terreant periculumque minitentur. mo oming insterovol arg

II. De causis Stricturarum in Intestino Recto.—Stricturæ in intestino recto, sub diversis rebus oriri possunt: aliqua fortuita irritationis causa
in intestinis, aliquis humor acris in canalem alimentarium effusus, aut aliqua aliena substantia
in inferiore intestini recti parte retenta, excitata
inflammatione, hunc morbum afferre valet. Siquando inflammatio concitata est acribus in in-

tur et saliva commiscetur, dein hoc modo a

testinis genitis, vehementior plerumque est et periculosior quam si aliena substantia ibi jacente mota fuerit. Quoties ex quavis harum causarum, inflammatio intestinum occupavit, quum textura naturalis mollis sit et vasculosa, fieri potest, ut ambitus canalis in affecta parte imminuatur, et parietes ejus crassiores reddantur. Quibusdam persuadetur luem veneream posse stricturam in intestino recto præstare. Celeber RICHERAND * hac de re ita dixit: " Le retrecissement de l'extremité inferieure du Rectum est quelquefois une vice de conformation, mais plus souvent l'effet de l'epaissement venerienne de ses parois. De tous les symptomes de l'affection syphilitique il n'en est point de plus grave." Clarissimus DE-SAULT non modo luem veneream inter causas hujusmodi stricturæ recenset, sed hanc opinionem edidit, quam Professor Monteggia + his verbis citavit : " DESAULT ha descritti e curati vari casi di stringimento del retto ch'egli chiama scirroso, cioé fatto da ingrossamento e induramento delle sue tonache, non senza escrescenze dure ed

^{*} Nosographie Chirurg. ad tom. iii. p. 418.

⁺ Instituzioni Chirurgiche.bid to M

esulcerazione al di dentro. Dietro le sue osservazioni quest' affezione è ordinairamente consequenza di mallattie veneree, qualche volta di emorroidi, di vizio reumatico, gottoso, scabioso erpetico, determinati all'intestino." Dr BAILLIE*, nunc merito desideratus, ita scripsit: " Every portion of the intestine is not equally liable to be affected by scirrhus; but it is to be found much more frequently at the sigmoid flexure of the Colon or in the Rectum, than any where else, which, perhaps may depend on the following circumstances. There is certainly more of glandular structure in the inner membrane of the great intestine towards its lower extremity, than in any other part of it; and this sort of structure has a greater tendency to be affected with scirrhus than the ordinary structures of the body: the gut, too, is narrower at the sigmoid flexure than at any other part, and therefore, will be more liable to be injured by the passage of hard bodies, which, by their irritation may excite the disease of scirrhus in a part that was predisposed to it." Uteri carcinoma

Nosographic Chirurg ad tom at

^{*} Morbid Anat. ad pag. 182.

III. De Stricturæ speciebus.—Quædam stricturæ spasmodicæ, quædam permanentes, cognomi-Strictura Permanens ea est quæ a natæ fuerunt. vitio organico orta est. Musculosæ fibræ intestini recti contractioni præter naturam magnæ in aliqua parte obnoxiæ sunt; quod malum huic commune est cum aliis partibus musculosis, in quibus res pariter se habeant. Quoties ab aliqua causa hujusmodi contractio in nonnullis hujus fibris musculosis orta est, stercora prohibentur ne solito modo ejiciantur; et hoe malum Strictura Spasmodica nominatur. In hac intestini conditione, vitium recte pro spasmi genere habetur, quoniam a nimia fibrarum musculosarum actione pendet, neque omnino organicæ affectarum partium mutationi attribuendum est. Multa opinionem confirmant rem ita esse in plurimis exemplis. Primo causæ, quibus ea contractio inducatur, ejusmodi sunt, quæ in aliis fibris musculosis irritationem movere compertæ sunt; dein in nonnullis exemplis effectus causam admotam adeo celeriter consequitur, ut verisimillimum sit strictu-

ram prorsus spasmodicam esse: denique idem ex eo manifestum fit, quod quædam medicamenta statim levamen afferunt, quæ nullo alio modo nisi spasmodicam actionem solvendo prodesse queunt. Strictura vero spasmodica, irritatione iterum iterumque admota et inflammatione sæpius excitata, in stricturam permanentem converti potest. Interna Intestini membrana præter naturam eminens, vel cum tunicæ musculosæ contractione, vel citra eamdem, descendenti stercori aliquando impedimentum objicit. Et, testantibus quibusdam haud parvi nominis auctoribus, filamenta membranosa interdum eidem moram creant. has alia est stricturæ species, in qua pars affecta cartilaginosa fit; dein malum in scirrhum desinit. De ea specie * Professor Monro dixit " it is of slow growth, appears only in persons who are far advanced in life, of a sallow complexion, and who are disposed to Cancer." tium mutationi attribuendum

IV. De notis Stricturæ in Intestino Recto.— Homo primo sentit se ægrotare ex alvo pertinaciter constricta, et ex molestia subinde eum affici-

Outlines of Anatomy, ad Tom. ij. p. 184.

ente, cum plenitudinis sensu ad flexuram coli sigmoideam sese extendente. Labente tempore canalis usque ambitu imminuitur, nisus majores ad alvum dejiciendam postulantur, et morbus usque ad summum pergit. Caloris sensus in contracta parte sæpe percipitur. Dejectiones, quæ jamdiu cum multo negotio excretæ fuerunt, nunc mole imminutæ sunt, quales puer dejicit, neque lumbricis absimiles: spiritus, qui in intestinis continetur, crebro emissus, et abdomen distentum, cum aliis symptomatibus, ægrum vexant, vitamque ejus miseram atque infelicem reddunt. Hæc pro indiciis stricturæ permanentis habeo, aliquando citra proclivitatem ad scirrhum; etiamsi causis excitantibus fieri potest ut in scirrhum, et tandem in Carcinoma, degeneret. Quoties strictura cum scirrho est conjuncta, non modo signa supra memorata incidunt, sed præterea miserum infestant dolor vehemens, sensus caloris ardentis in affecta parte, dolores lancinantes in lumbo et osse sacro, alvus fusa, tenesmus, urina cum dolore reddita, tormina, et abdomen tensum a retento spiritu. Celeber. COPELAND, de hoc malo disserens, ita scripsit: " Abscesses very frequently form, in the neighbourhood of the anus, and sometimes

break into the vagina in the female, and the fæces are discharged through the fistulous orifice. In the male, an adhesion takes place with the bladder, and the abscess discharges itself with the urine, and sometimes fæces and wind are voided by the urethra. But, more frequently, the matter makes its way through the nates, as in cases of common fistula, for which disease it is not unfrequently treated. The patient often continues a long time in this distressing situation; for none of the vital organs are affected, till, at last, worn out by pain and the discharge, or, perhaps, the total obliteration of the rectum, he yields to his fate."

V. De Diagnosi.—Hic morbus ab aliis earumdem partium affectibus, imponendo in intestinum rectum digito vel virga, cerea internoscendus est. Haud raro fit ut æger, quum primum opem a medico petit, diarrhæa, dysenteria, colica, intestinorum inflammatione similibusve malis laboret, quæ symptomata alia post alia a scirrho oriantur. Multum igitur interest, ut diagnosis accurata instituatur. Interrogato ægro, si compertum ha-

beamus jam obstipationem pertinacem, et alio tempore alvum fusam, abdomen admodum distentum, dolorem in lumbis cum dejectionibus vermes referentibus, prius eum tentasse jure licebit partes affectas digito aut virga cerea scrutari, ex quo patebit an recte suspicati simus quomodo res sese ahabeant.

dolorisque nequeunt non creare. DESAULT cu-

VI. De Prognosi.—Siquando, partibus diligenter investigatis, haud dubium erit intestinum
non nisi simplice strictura, stricturisve occupari, ac
si verisimile est vitium non ultra terminum sigmoideæ coli flexuræ pertinere, ægri valetudine simul
parum imminuta sanitatem redituram promittere
licet. Sin vero morbus diu infestavit; si intestinum multo crassius, et durius factum est, et ægri
valetudo simul manifeste in pejus ruit, vultu subflavo, pulsu celeri aliisque indiciis febris hecticæ;
judicandum est hominem in magno periculo versari. Sive vero mala quæ urgent a simplice
strictura, sive a scirrho confirmato accesserunt,
utrumque vitium, nulla medicinæ adhibita ope,
æque lethale erit.

VII. De Medendi Ratione.-Quum jam

compertum esset stricturam urgere *, primum consilium ad sanandum malum est ut canalis iteorum amplietur. Hanc ad rem auctores diversa proposuerunt. WISEMAN, uti solitus est genortianæ radice adipeque cervino. Dr SHERWEN virgas e cornu, Dr DARWIN e ligno factas, laudat. Hæc, ut mihi videtur, nimium irritationis dolorisque nequeunt non creare. Desault curationem hoc modo præcipit : "Cette maladie fut traitée par la compression, que l'on fit au moyen or d'une tente de charpie longue, nonée et repliée dans son milieu, enduite de cerat et portée dans le rectum, á l'aide d'un stylet fourchu. Quoique cette tente n'eut d'abord que la grosseur d'un tuyau de plume, on ne put cependant la faire pénêtrer qu'à deux pouces de profondeur t." Celevaletudo simul manifeste in pejus ruit, vultu sub-

flavo, pulsu celeri aliisque indiciis febris hectice;

*Partibus affectis non inflammatis, si partes sint inflammatæ, quando æger opem petit; hirudines et laxantia lenia primum adhibeantur.

ego atti Euvres Chirurg. par. Bichatty supmurin

[†] Operative Surgery, ad tom, in p. 15491 9upes

VII De Medendi Ratione .- Quum jam

berrimus C. Bell hanc medendi rationem adhibendam esse jubet :- " A flat piece of sponge is soaked in strong mucilage; then rolled up into the form of a bougie, and tied firmly with a cord; the cord should be oiled. When the sponge is dry, and fixed in its form, the cord is taken off, and it may then be rolled betwixt plates, polished, and made smooth, and a little conical; a string is tied to the greater end. This is a tent which, when introduced into the stricture in the rectum, will imbibe the heat and moisture, and gradually distend the contracted portion of the gut." WHITE curationem anteponit quam DE-SAULT proposuit, quippe que multo minus incommodi ægro facessat, quæque ex pressura levi perpetuo admota, melius absorptionem promoveat, præcipue in intestino tuberculis obsesso, quam si virga cerea, ut vulgo solet, usurpata sit, quæ non nisi per breve spatium in intestino retineri possit *. Celeber. Howship, in suo opere, ita scripsit: "I have tried both modes repeatedly, and certainly prefer the bougie; this instrument presents TEGGIA * tradidit: " Palletta trovo talvolta van-

^{*} Practical Observations, ad pag. 24.

a more perfectly smooth surface, gives much less pain in the introduction, and, as far as my experience goes, has answered the purpose better than M. Desault's."

Mea quidem opinione oportet primo alterum experiri modum, dein si molesta inde oriantur indicia, ad alterum confugere. Utrum vero ex his modis adhibere placebit, summa medici cura atque prudentia opus erit, semperque ad ægri sensus respiciendum. Crassiores virgæ cereæ usurpandæ magis minusve frequenter immittendæ sunt, prout res sese ferant. Hæ non tantummodo pro cuneo sunt; ut mihi enim videtur, partem premendo absorbentia vasa excitant, ex quo vitium vel sanatur vel haud parum sublevatur. Aliquando virga stricturam nihil afficit: si res ita se habet, licet tuto (ut WISEMAN monet) stricturam secare, nisi nimis late sese extendat. Neque WISEMAN solus id præcipit; COPELAND quoque suadet stricturam in posteriori ejus parte persecare, quoties neque aucta actio neque inflammatio urgeat. Hæc præterea Professor Mon-TEGGIA * tradidit: " Palletta trovo talvolta van-

^{*} Instituzioni Chirurgiche. O lanuari

taggioso il taglio della parte piu ristretta dell' intestino, ch'egli dovette fare in occasione di congiunta fistola, ed il propone anche per le sole briglie piu strette senza concomitanza di fistola." Virga caustico armata ad stricturæ medelam adjuvandam adhibita est, et, ut opinor, in nonnullis exemplis prodesse possit: præcipue in iis ubi virga simplex partem nihil afficit: sed nunquam obliviscendum est, eandem sæpe sanguinis profluvium terrens, horrores, dolorem ingentem, irritationemque nervosam afferre. Quoties strictura procul dubio scirrhum habet comitem, partemque affectam plurimum vitiavit, ad remedia quæ levamen præbeant, confugiendum est, quibus conemur quietem misero conciliare, per illud breve spatium, intra quod vita ejus nequit non contineri. Hyosciamus opiumve in exiguo enemate, quoties dolor vehemens sit, admodum convenit, aliaque medicamenta præcipienda sunt, prout res postulent. Hydrargyrus tentari debet usque ad ptyalismum leviorem inducendum, cujus curationis auctores sunt RUYSCH, MUNCKLEY, atque alii. Si vi-

us alon everoment over bue

[•] Med. Trans. Ejus administratio nunc maxime dubitatur.

tium per introductam virgam et medicinam sanatum est, oportet per aliquod post spatium subinde eamdem immittere, quoniam pars in priorem conditionem recidere prona est. Ad diætam maxima ægri attentio est adhibenda; ea cibi genera conveniunt quæ multum nutriunt, et parum residui post se relinquunt. Duo exempla stricturæ permanentis citra proclivitatem ad scirrhum a doctissimo J. M. Good, M. D., in suo opere summi meriti cui nomen est "Study of Medicine," narrantur; in quibus, quanquam homines nune ad sanitatem redierunt, dejectiones adhuc vermiformes sunt, et opus est ut ad diætam regimenque attendant, atque, nisi fallor, ut virga cerea subinde usurpetur. In alvo movenda oleum ricini cæteris purgantibus anteponendum est, et ea, quæ in intestino recto effectum præstant, evitanda sunt. Enemata emollientia et laxantia admodum proderunt, quoniam stercora solvendo faciliorem reddunt eorum transitum per contractam partem. Cavendum autem est ne justo nimia sint, ne intestinum supra vitiatam partem distendant, ubi canalis haud raro magnopere mole augetur.

· Med. Trans. Ejus administratio nunc maxime du-

VIII. De Cadaveris Sectione. - Æger extinguitur vel canali prorsus obstricto, vel dolore ingenti, et diarrhœa acri, vel tandem inflammatione intestina occupante. His respondent ea quæ, secto cadavere, in conspectum veniunt; in quibus proponendis verbis Doctoris Monro utar*. We meet with a constriction of an inch in length, of a cartilaginous consistence, and in which there is no appearance of the coats of the alimentary canal; all of these having been absorbed, and cartilaginous matter been deposited in their stead. This species of constriction generally terminates in the cancerous ulceration. It is very easy to discover the seat of the stricture; for that part of the alimentary canal, which is above the stricture, is much enlarged,-whereas that beneath it is much contracted; and by tracing either of the dilated or contracted portions, we soon discover a part of the canal, which seems much contracted as by a cord having been put round it, and which had left a purple mark; and upon pressing this part, it feels heavy and hard."

^{· &}quot; Outlines," &c.

Tumores præterea maligni generis diversæque magnitudinis conspiciuntur, et tunicæ intestini in affecta parte multo crassiores solito inveniuntur. Aliquando,* ubi pars vitiata inciditur, prior ejus fabrica satis conspicua est, sed plurimum a naturali aspectu mutata; peritonæalis tunica multis partibus crassior justo, atque dura, cartilagini fere doi similis facta est. Musculosa quoque tunica admodum crassa, plurimis septis membranosis disbustincta reperitur. Hæc septa membranosa formari videntur, ex tela cellulosa inter fasciculos muscolosos jacente, jam ex morbo insolitam adepta crassitudinem. Intima etiam membrana dura admodumque crassa evasit, et haud raro tuberculis obsessa, et præter solitum eminet. Quoties hæc pars elevata exulcerata est, vitium nominare Carcinoma jure licet. Intestini recti tunicæ interdum. crassiores tantummodo sunt, neque omnino scirrhi aspectum ostendunt; quod ipse vidi in exemplis, in quibus nulla scirrhi indicia sese ostenderunt.

[•] Vide "Morbid Anatomy of the Human Gullet," &c. opus eximium et præclarum.

"Gentlemen!—I feel as if I had waded across a rapid and dangerous stream.—Whether I have gained the opposite shore with my head clean or covered with mud and weeds, I leave wholly to your determination."

FINIS.

APOPLEXLE VARIETATIBUS LINTONICA TONICA



